Clariſſimis, Generoſis ac ſummam ſpem præferentibus Dominis,

D. DAVIDI HALIBURTON BARONI de *PITCURR*:

ET

D. *IOANNI NEVOY* D. de *NEVOY*,

Antiquarum Familiarum Principibus, Heroicorum Animorum Virtutibus Fulgentibus, ſub eodem quondam vexillo Philoſophico militantibus,

nunc Patronis omnium honorum titulis condecorandis, & in æternum ſuſpiciendis.

Theſes haſce ac obſervationes Philoſophicas, quarum publica inſtituetur diſſertatio *Andreapoli* ad diem *Julii* (horis & loco ſolitis) Adoleſcentes Collegii *Leonardini* Alumni ad Lauream Magiſterialem Quadriennii laboris mercedem aſpirantes Obſervantiæ

Ergo D. D. C. Q.

Alexander Grant Præſes.

Candidatorum Grex.

Alexander Robertſon.	*Gulielmus Campbel.*	*Ioannes Cuningham.*
David Drummond.	*Gulielmus Keyhie.*	*Ioannes Cuniſon.*
David Lindſay.	*Gulielmus Murray.*	*Ioannes Fleming.*
David Murray.	*Gulielmus Ratray.*	*Ioannes Lindſay.*
David Ogilvie.	*Gulielmus Rutherford.*	*Ioannes Olipbant Minor.*
David Violent.	*Henricus Weems.*	*Ioannes Olipbant Major.*
David Young.	*Jacobus Campbel.*	*Ioannes Robertſon.*
Gedeon Simpſon.	*Jacobus Fraſer.*	*Robertus Gardiner.*
Gilbertus Stuart.	*Jacobus Glendinning.*	*Robertus Menzies.*
Gulielmus Arat.	*Ioannes Burdon.*	*Thomas Weems.*

THESES PHILOSOPHICÆ.

I. QUanta & quam illustria longa dies scientiis & artibus attulerit incrementa, facile videre est; operâ præsertim nobilis illius *Galli Ren. Des Cart.* sub sœlici sydere nati, ejusq; asseclarum: Ordine primas vendicat Logica, aliis scientiis comparandis inventa, iisque necessaria & apprimè utilis, ejus præceptorum face, intellectum & voluntatem, ita illuminans, ut clara ac distincta objecti propositi idea, in perceptione, unicâ mêntis operatione efformetur; ac judicium voluntatis actus de natura objecti talem ferat sententiam, quæ sit ejus naturæ prorsus conformis; ut etiam judicium consequentis nostra voluntas non inferat ex judicio antecedentis, nisi debitè illud primò perpenderit, & perfectè penetrarit: Est itaque Logica ars rectè utendi ratione in definitione, divisione & argumentatione; cujus methodum optimam esse remur, in removendis omnibus præjudiciis, ab infantiâ, & consuetudinis nimis superstitiosâ observatione, vel philautia, ac quorundam supinâ ignorantiâ, oriundis. Hâc veritatis magistrâ docemur, pronunciandum id tantum esse verum quod clarè & distinctè percipimus; & omne illud ex scientiis rejiciendum quod minimum dubitationis habet.

II. Quemadmodum sunt entia quædam, realitate Objectivâ & Physicâ affecta, quibus attributa, independenter ab intellectione conveniunt; ita alia sunt, quæ totum suum esse ab intellectu mutuatum habent, quæ ergo jure insigniuntur titulo entium rationis, vel idearum, quæ in essendo sunt singulares, in repræsentando universales, in seipsis claræ, ratione abstractionis uniformis ab inferioribus præcisè confusæ: Idea in communi non immerito dicitur universalis, & juxta variarum abstractionum, & reflectionum fertile arvum, prædicabilium pullulans sylva in quinque arbores distributa. Cum enim mens format ideam plurium in simili connotato essentiali convenientium oritur genus: dum plura conspicit convenientia, nisi in rationibus individuantibus resultat species: & cum percipiat inter entia generatim similia, discrimen notabile & absolutum intercedere, differentiam infimam denominat: & concipiendo illud attributum, quod à rebus in essentia Logicali constitutis immediatè dimanat, notionem format proprii: ac deniq; iis perpensis; quæ accedunt & recedunt, salvâ rerum essentiâ, accidens appellat.

III. Licet mens humana, Angelicam imitetur, in rerum, suorumq; modorum ideas formando; veruntamen corpori, in operando consorti alligata; à natura necessitas homini imponitur, instituendi signa externa, quæ ore prolata dicuntur voces, rerum vicariæ, & cogitationum sensus candidi ac genuini manifestativæ; proinde jure naturali tenetur imponens, sine ullis ambagibus conceptus committere audienti terminis univocis, ne dispares rerum naturis formet: hæc signa su-

n

nominis vel verbi; hæc cum relatione ad tempus; illa ad ejusdem extensum; ita quidem, falsitatem, vel veritatem complexam reperiendam esse, nemo cum ratione putabit: Horum ideas Judicium comparat, quas ejus actu positivo & indivisibili unit, vel separat; eique enunciatio mentalis omnis affirmans vel negans, vera vel falsa, imò quin enunciatio de futuro contingente, non sit determinata vera vel falsa, multa quam unquam audivimus ratio convincit.

IV. Qui stagiritæ, præclari & nobilis Philosophi sui seculi Coryphæi, doctrinam syllogisticam castigandam susceperunt, oleum & operam luserunt; illius enim fabrica, firmissimis in mixta demonstrationibus omnium seculorum encomiis celebranda est, atque admiratione digna: Cum enim ad cognitionis perfectionem & mutuum mortalium consortium, non sufficiat simplex rei repræsentatio, vel idearum comparatio, mens in subsidium advocat discursum, quatenus ab uno ad aliud progressum facit; cujus perfectissima species est fabrica syllogistica, ex duabus præmissis & conclusione constans, quæ est indistincta ratione objecti, inque præmissas, ex quibus fluit reflexiva, quæ demonstratur prævia consequentis notâ: Cumque assensum fuerit præmissis evidenter perceptis, impossibile prorsus videtur, hanc necessariò non inferri: Si syllogismi præmissæ veræ sint & necessariæ, dicitur syllogismus demonstrativus, cujus immediatus effectus, est mentis illuminatio, & scientiæ productio; si vero probabiles fuerint, ex urgit opinio; si præmissæ appareant tantum probabiles, oritur syllogismus captiosus; cujus ineptias intricatas retegemus, percipiendo terminum æquivocum, cui semper distinctione occurrendum est.

V. Ab ineunte licet ætate, cogitatio humana prius ociosè versetur circa singularia quam universalia, & entia materialia potius quam à materia secreta speculetur; aditu verò scientiarum reserato, & cogitatione humana magis perfectâ, & politâ evadente, rationis sublimioris sole conducti, se contulerunt homines, ad cognoscendas res intelligibiles, à singularibus & à materiâ abstractas, quam scientiam Metaphysicam, vel Ontosophiam nominant, id est contemplativam entis quà entis: hæc enim considerat naturæ gradum, qui singulis entibus suo modo inest; consequenter rectè quis inferat conceptum entis uniformiter esse verificabilem de quolibet, non obstantibus differentiis, aut perfectionis vel imperfectionis gradibus: Dum verò quis sit sibi conscius, in rebus distinctè cognoscendis, primo perpendit essentiam, tanquam omnium attributorum dicem, qui non inepte dicet illud completum, ratione cujus res est, & est id quod est. Rerum essentiæ sunt indivisibiles, ac æternæ ratione idearum in mente supremi opificis, qui omnibus esse & existere communicat, inque ea Physicè & immediatè influens, & verè conservans. Barbara ideoque videtur quorundam sententia, qui causæ primæ cum entibus creatis immediatum denegant concursum; vel qui largiuntur vires causæ secundæ seipsam creandi, & *primum esse* communicandi, creatio verùm causæ primæ, utpote soli omipotenti competit, à conservatione connotativè tantum distincta.

VI. Qui ad divisionem Entis animadvertet, illud idoneè dividet in Subsan-

tiam & Accidens, quorum differentiæ essentiales, sunt Perfectus & Imperfectus. Substantia optimè distribuitur in increatam & creatam, creata in spiritum & corpus. Essentia spiritus consistit in cogitatione, quam perceptio & volitio comitantur, quorum perfectiores, & in gradu cogitationis altiori collocantur Angeli, ex nullâ materiâ subtilissimâ compactis, (ut quidam tenebriones hariolantur) horum existentia à priori est indemonstrabilis, à posteriori per varia effecta cognoscibilis; Angeli futura contingentia, quæ à liberâ voluntate dependent, non cognoscunt, quanquam de intentionibus per varia signa conjecturam faciunt: Sunt hi in loco tantum per operationem, facultate prædicti corpora assumendi & movendi; at non cum iis Physicè uniendi, idcirco eorum nutritio, vel generatio pro delirio habenda; quin vero Angeli mali, cum perditis hominibus fœdera inire possint, dubitet & neget solus atheista, ac Divinæ revelationis calumniator.

VII. Animal providum, rationis & consilii plenum, quod vocatur homo, præclarâ conditione productum est à Deo, aureis & grandibus characteribus propopositionum Ethicæ æternæ veritatis imbutum, quæ pro causa agnoscunt legem immutabilem Divinam; his jure naturæ omnes & singuli obligantur benevolentiam erga homines universos ob studium boni communis præstare, cujus benevolentiæ nomine, non intelligimus languidam quorundam volitionem, verùm affectum illum practicum pietatis in Deum, patriam & parentes: Benevolentia proinde hæc maxima, aliorumq; virtutum comprehensiva, statuenda est ut causa nostræ felicitatis naturalis, cujus effectus est conscientiæ tranquillitas, ac internum gaudium; hanc si recte comprehendamus, & probè assequamur, obligatio orietur inviolabilis, eam religionem quam primum eligere, quæ purioribus nititur lumine naturæ notis principiis, & supra hæc infallibili testimonio, Spiritus Sancti in Scriptura loquentis; nevè licebit nisi reluctante conscientiâ, istis principiis vim inferre; Quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris, & jus suum cuique tribuere; cujus etiam ductu docebimur, omnes nostras passiones, ut nostræ pacis privatæ, bonique communis hostes subjugare. Felicitas nostra supernaturalis, & longe perfecta, planè attingitur visione perpetuâ intuitivâ Dei quæ variatur ratione objectorum, juxta proportionem graduum luminis gloriæ, beatorum animas irradiantis. Objectum appetitus naturalis est bonum cognitum quâ tale, ut pote cujusq; rei perfectivum. Bonum naturale morale & spirituale distinguuntur specificè, secundum rationes entis, luminis naturæ, & illuminationis Sacrosancti Spiritus. Sententia astruens leges civiles esse unicas regulas decernendi bonum à malo, insidias religioni struit, & atheismum redolet.

VIII. Magno animi horrore recedendum est à sententia quorundam, qui contrarionis facem & Scripturæ lumen, negant existere leges naturales, immutabilis veritatis, quæ voluntatem in ordine ad actiones bonas amplectendas & eligendas, ac malas fugiendas dirigunt, & obligationem obedientiæ necessariæ & absolutæ inducunt. Dantur itaq; tales leges mentibus humanis insculptæ, quarum abrogationem, os solum impurum evomere potest. Distinguuntur hæ à legibus positivis, quæ suâ naturâ sunt mutabiles, à Supremo Magistratu conditæ & debitè promulgatæ

mulgatæ, quibus inest potestas omnes subditos obligandi; quæ si in materia indifferenti judicata fuerint, legislatoris voluntas indifferentiam imperando tollit; nec rationi consentaneum videtur, quod quælibet persona privata, legum æquitatem & obedientiam præstandam, conscientiæ examini subjicere debeat, alioquin omnes potestatem legislatoris invadent, & reges evadent. Et si fuerint leges in materia à subditis æstimatâ noxiâ reipublicæ, aut cuilibet privatæ personæ ejusdem civi, horrendum tamen esset scelus, vim Supremo Magistratui inferre qui legum & actionum soli Deo rationem reddere tenetur, à quo ejus plena potestas immediatè fluit, ac in illo ut stabili & immutabili fundamine radicatur; & si accesserint consensus & suffragium populi, habentur tantum ut τεκμηρια voluntatis Divinæ; Bellum ergo defensivum, quolibet splendido prætextu, religionis, aut legum violationis, sive injuriæ cujuslibet naturæ, exsordescat & nihilescat (speciosum equidem & nobilissimum titulum!) quasi ab eventu omne bellum defensivum, non foret offensivum & violentia apperta Magistratui Supremo illata, ut nunquam satis deflenda multarum gentium experientiâ abunde constat.

IX. Quoties id quod decorum est, in actionibus virtutis, celebrant Philosophi, mentionem ubiquè faciunt regulæ, cui nostras actiones conformes reddere debeamus; supremam itaquè & absolutam regulam arbitramur, esse naturam Divinam; subordinatam vero & dependentem, nostram naturam rationalem; quæ in ejus operationibus, libere agit, sine ullâ coactione, posito absoluto Dei decreto, & prævio Physico influxu, ad omnes actiones bonas: Actio bona consistit in congerie objecti, finis, & circumstantiarum, consequenter ratio formalis bontatis, donec ponitur in relatione conformitatis, cum primâ regulâ morum; malitia in relatione difformitatis cum eâdem; ejus ergo formale est quid positivum.

X. Non immeritò dixit quidam, in hominis præconium quod rex ille operum & onerum altissimi structurâ angusti vasculi sui, ac palatii, confinium magni mundi erat; cum sit arcanorum naturæ indagator solers, quorum scientiam titulo Physicæ insignitam struit, hujus subjectum totale & unicum sunt, res naturâ prædiæ, id est principio productivo motus & quietis: De his rebus naturalibus mens umana notitiam format certam et evidentem, ac æternæ veritatis effata edit: Rei itaque naturalis perfectæ, sive compositi naturalis principia duo sunt abilenda, viz. Materia & forma; illa universè considerata, & abstracta ab omnius formis, dicitur prima, à Deo Opt. Max. in initio creata, immutabilis & ingenerabilis inquè ejus conceptu essentiali homogenea, cujus vera idea est substantia xtensa in longum, latum & profundum, consequenter cum corpore eadem, & uantum in se est ad omnes formas indifferens materia hæc prima particulari forâ prædita, dicitur secunda, & naturale constitutum, generationi & corruptioni noxium: Materiæ primæ proprietates sunt divisibilitas & impenetrabilitas; unquam itaque intelligi possit, quod res naturalis sit extensa, ac indivisibilis, inantum extendi, sit correspondere diversis punctis virtualibus loci, ac ita dispo-, ut materiæ, una pars distinguatur ab alia, non actuali separatione, sed aptitumali; nullas itaquè partes actu distinctas volumus esse in materia, antecedenter

ter ad designationem mentis. Quod Materia sit divisibilis, male quis inferat esse actu infinitam, sed duntaxat indefinitè extensam quatenus omnes partes sensibiles, & insensibiles, ulterioris divisionis capaces concipiantur; & quia extensum esse, nihil aliud, est quam habere partes extrà partes, repugnat ut pars una, alterius locum occupet, vel quod una in altera contineatur. Ergo penetratio dimensionum apprehendi nequit: Materiæ formam ex quâ omnium rerum varietas pendet, & ratione cujus cœlestia & subcœlestia corpora essentialiter distinguuntur, contendimus esse comprehensionem motus, quietis, figuræ, magnitudinis, & situs. Vitatis igitur turbinosis formæ substantialis procellis, & qualitatum tempestiei, aut elementorum dosi, & partium Symmetriæ, aut miscibilium alteratorum unionis jejunis verbis contechnatæ, ad quietem naturæ portum devenimus.

XI. Antiqui erratico sydere devii, syrtium loci vadis, & angustiis intercepti, ejus naturam tenebris obvolverunt, explicando per quid conditionatum, vel aliquid diminutum, ex Divinâ immensitate participatum, aut per reale fundamentum variarum habitudinum à corpore distinctum: rationis verùm Cynosura egregiè demonstrat sagacissimus Philosophiæ reformator, spacium sive locum internum, à corpore solâ ratione distingui, idcircò nullum corpus propriè & absolutè, suum spatium deserit, quoties igitur dicitur ab uno loco in alium transferri, habenda est hæc translatio cum respectu ad corpora circumstantia. Ex eò quod nullum spatium sine extensione est cogitabile, jure optimo deducimus vacuum per ullam potentiam absolutè repugnare.

XII. Admirabiliùs & subtiliùs in rerum naturalium fabrica, nihil videtur motui, in universi creatione, materiæ à Deo Opt. Max. communicato; cujus eandem mensuram suâ omnipotentiâ, & immutabili sapientiâ conservat; qui enim à præjudicatis & plebeiis censentur motus novi, sunt tantum illius particulares determinationes. Motus solidissimæ sunt hæ leges, quarum prima est. *Quod undaquaque res modo simplex & indivisa sit, in eodem semper statu remanere affectat in quo est.* Consequenter pronunciamus, omne illud quod movetur, semper in suo motu persistere nisi peregrinum agens superveniat, & ad quietem motui contrarium incumbere impellat. Altera est, *Omne corpus motum ex seipsotendit ut secundum lineam rectam moveri pergat*, ac si deflectere cogatur, fit occursu aliorum corporum: In motu integer corporum circulus deprehenditur quo percepto facile est demonstrare omnis corporum motus metui vacui attributos.

XIII. Commentum profectò per disertè quidam concinnare conantur, dicendo res omnes universi ad instar catenularum, ita connecti, ut nullam dependentiam vel causalitatem à primo principio habeant; Cum enim clarè ac distinctè percipiamus, possibile esse mundum aliquando creatum fuisse, non ambigendum est quin de facto fuerit creatus, siquidem repugnat aliquid quod sit independens à causâ primâ & absolutâ, ut pulchrè & peregregiè demonstrat nobilis Gallus, Numinis supremi, ejusq; Dominii acerrimus vindex & assertor. (Provocent licet quidam pasquillis, cavillisque aculeatæ linguæ plaustra aperiant) Mundus omnium partium aggregatione est unus, quoad suum *esse*, & accidentia perfectus; Hujus materiæ tria

sunt

sunt genera, viz. quæ lumen emittunt, ut Sol & stellæ fixæ; vel transmittunt, ut Cœlum, vel remittunt, ut Terra. Sol & stellæ fixæ sunt ignes & flammæ; ergo propriâ fulgent luce; Cœli sunt corpora fluida & pellucida. *Aqua*

XIV. Mundi sublunaris sunt quatuor magna corpora, *viz.* Terra, Aer, & Ignis Terra est corpus opacum & densum, constans ex particulis ramosis & crassioribus, & solidis globulis variæ magnitudinis. Ex agitatione materiæ subtilis Cœlorum, extrahuntur vapores, unde juxta diversas modificationes, & varias motuum determinationes, oriuntur diversa meteora, ignita, vel aquea, sive ex particulis utriusque materiæ conglomerata; Terra est figuræ sphericæ, cui non attribuenda est ulla intrinseca gravitas; siquidem hæc solummodò proveniat à globulis materiæ cœlestis, circulariter in suis vorticibus agitatis, qui continuò recedere conantur à centro circà quod vertuntur. Terræ nulla in est intrinseca virtus seminalis; producuntur equidem omnia corpora terrestria juxta leges motus. Nil in terra curiosius existimatur Magnete, respectu virtutis ferri attractivæ; quæ virtus ita explicatur; quod utriusque meatus ita disponuntur, ut materia striata à polis Cœli regionis veniens & cursum suum per poros terræ tenens, facilius per Magnetis & ferri meatus quam aliorum corporum transiens, aerem intermedium dispellit & ita Magnes ferrum allicit. Aqua constat ex particulis, crassis non ita connexis, quin facile disjungantur à materia subtili, idcirco est humida & liquida, nunc rara, modo densa, juxta introlumptionem vel explosionem corpusculorum, non vero per majoris vel minoris spatii occupationem: Aquæ particularum duæ sunt species; aliæ rigidæ & suo sapore salsæ à materia subtili non facilè inflexiles, cujus partes veluti gladioli linguæ meatus intrant & pungunt; quarum naturæ est mare: Aliæ sunt flexiles & molliter fluitantes ac particulis salsis læviores, ex quibus fit aqua dulcis, materia fluminum & fontium, qui licet à mari oriuntur, veruntamen ratione progressus per terræ cavitates & meatus, mutatione figuræ particularum, dulces evadunt: Aqua redditur pellucida à globulis secundi elementi; sub hâc percipitur pondus ratione materiæ subtilis, cujus particulæ circa illius partes undique feruntur. Aer est corpus rarum & fluidum, cujus particulæ admodum sunt exiguæ, & facilè separabiles; in aere deprehenditur ventus, qui nihil aliud est, quam vapor agitatus, qui ex pansus à spatio breviori, in quo erat, in aliud ubi facilius dilatatur, transit. Aeris vim Elasticam in hoc consistere volumus quod vi globulorum Cœlestium, circa ejus particulas assiduè fluentium, particulæ complicatæ, simul impetus faciunt ad majus spatium occupandum. Beneficio aeris explicatur transplantatio morborum, ac vis pulveris sympathetici & multa phœnomena, quæ à rusticis estimantur incantamenta. Ignis est congeries particularum terrestrium, quæ vehementer agitantur ex actione subtilissimæ materiæ; in se corpus maximè activum, ratione indesinentis motus, cujus viribus obvia corpora dividit, & in ipsius naturam convertit: Horum quatuor corporum agnoscimus qualitates, aut modificationes, quæ nullâ potentiâ existere possunt sine subjectis, ex quibus oriuntur diversa mista & temperamenta.

XV. Bene dividuntur corpora in vivencia & non viventia: viventium *esse* in motu consistit, ita in quiete illius privatio sive mors: Animalium vita fulcitur igne calido & lucido tanquam activo, & humido ignem temperante, quâ passivo: Animalium sive brutorum animam sive creatam sive productam rejicimus, inquantum omnes eorum actiones quæ communiter appellantur vel sensationes, vel perceptiones sunt dunta xat motus locales; animam solum jure vendicat Homo, quæ in ejus essentia est substantia cogitans, immortali & æternæ Divinæ imaginis particeps, intellectione & volitione prædita, omnium perceptionum purum principium.

Obsexa-

Observationes Candidatorum in Librum nuper editum cui titulus est Idea Physiologiæ Peripateticæ & Anatomes Cartesianismi.

Sect. 1. In ipso limine cum authore non contendemus in confundendo proprietatem corporis cum differentia specifica, sed *Aquila non captat muscas.* Ibidem docet dari corpus simplex, libenter audire velimus, in quo ejus collocat essentiam. Primo enim dixit, quod sit *mixti constitutivum*, sed quid sit, dicere filet. Secundò quod sit *Ens per se subsistens*, ex cujus præcisa notione, nulla differentia specifica superadditur substantiæ in communi.

Tenues evanescat in auras.

Sect. 2. Authoris præposteram methodum, in inchoando doctrinam de Cœlis contra omnes antiquos & modernos, fileb^{m}: sed quid ad nostram hanc? Docet *Corpus Cæleste vel esse stellarum campum, vel Cœlum Empyreum*, quod probat, *Deut. Cap.* 10. *Vers* 14. Num vero ibi Sanctus *Moses* Cœlorum numerum determinaverit, ipse & alii judicent Theologi: Ibidem *Paulo* Apostolo contradicit, qui 2 *Cor. Cap.* 10. *Vers.* 2. Insinuat numerum ternarium Cœlorum, quorum primum est Aereum, quod rejicit, dictitans *Cœlum aereum tantum esse elementare*: hoc nullo probat argumento. Mirum in Modum! quosdam Scripturæ locos accipit in sensu literali, alios ejus sententiæ utpote non saventes in alienum detorquet sensum: sed est sapiens in ejus oculis. Deinde orbes expungit Cœlestes, aspgè insomnium deliarunt omnes Astronomi; sed his fabulis præservido Zelo rejectis, doceri expectaremus, quomodo ex ejus mente fortè saniore, Sol & omnes Planetæ cum stellis moveri possint: rectius concludet omnes moveri lineâ rectâ, & etiam in corpore solido. *O curvæ in terris animæ & Cœlestium inanes!*

Sect. 4. Invehit in sententiam clarissimi Stagaritæ ejus simulati patroni, ut asserentis cœlos ab intelligentiis moveri: Authori assentire non gravabimur, si ejus mentem audiamus; *Cœlos à principio intrinseco moveri* dicit, quod *formam virtualem* appellat, quam nullatenus pro more explicat: dicat enim hæc forma virtualis est ne motus, an quid ab eo distinctum, si motus, an non materiæ cœlesti à Deo Opt. Max. in principio communicatus, & sic nolens volens fiet *Cartesianus*: vel ostendat quando hic motus inditus fuit Cœlis, & quo pacto intrinsecus evaserit, ac quibus legibus est conservatus: Si hæc forma sit quid distinctum à motu; vel erit forma substantialis, vel accidentalis, non dixerit substantialis, hoc enim contra authoris mentem; non accidentalis, alioquin non esset Cœlis intrinseca. Si quis inter Philosophos hanc formam virtualem intellexerit, erit supra communem sortem.

Isthæc in vitreo petabimus omnia nido.

Arg

Argumentum authoris *Sect.* 5. contra materiam vulgarem æquè militat contra suam, in instante enim corruptionis, elementa vel nullam habent unionem, vel duas incompossibiles, *&c.* nam in tam parva quantitate per se Physicè existere nequeunt. *Sect.* 12. Circa medium dicit *mistum nunquam resolvi in ipsa elementa* contrà; primò, dum generatione unius, fit corruptio alterius, an erit resolutio in prima principia, *viz*, elementa, vel non? si prius dixerit, dat manus; si posterius nunquam dabitur corruptio totalis, vel in mixto erit eadem specie forma, generationis & corruptionis: sed utrumq; est absurdum: verum quorsum insistemus, secundum ipsum facilè intelligitur, *quomodo mistum in elementa resolvatur*, *Sect. 9. lin. 9.* Secundò, *particulæ elementares inter se separatæ, aliis nnbunt & copulantur*, eâdem *Sect.* in fine: ut dicamus quod res est argumentum hoc (formam intelligimus) est putida Jesuitarum argutiuncula, mille materiis applicanda, quamquè hic ipse author, *Sect.* 28. Versus finem in materia motus solvere conatur; quo successu non moror: ex ungue quod dicunt leonem.

Sect. 8. Docet naturam elementorum, infractam atquè indebilitatam, in misto permanere, mutatis licet qualitatibus: ab eo peteremus, quæ sit tum unio elementorum, nam hanc nullatenus explicat; deinde docent Peripatetici, qualitates primas, in gradu intensissimo, esse elementis essentiales, consequenter his mutatis, mutabitur essentia; & erit transmutatio elementorum, quam negat hic author: Argumentum quo hoc evincere conatus est: *Aqua ex frigidâ, evadit calida, & iterum reducit se ad pristinum statum.* Respondent quidam, hoc provenire ex formâ substantiali, alii ut *Derodon*, quod particulæ ignitæ ingrediantur poros aquæ, & sic sentitur calida, licet in se sit frigida & his recedentibus non mirum est, quod aqua reducit se ad pristinum statum; aft fœlicius explicat *Cart.* argumento obvio sensibus, quod in aqua calida sit maxima agitatio particularum, & in aqua frigida quies: ac ità cessante hâc agitatione, ex calidâ aqua evadit frigida: Consulat lector *Claubergium*, *Rahaultum*, de natura frigoris & caloris, qui solvunt ad oculum & demonstrativè varia phœnomena hujus operis. Author solum respondet, *quia est elementorum natura*; quam respondendi modum sæpè reperimus. Clariùs verum docet doctissimus *Maignanus* in ejus Physica, doctrinæ elementorum patronus, asserens qualitates elementorum primas esse immutabiles.

Sed mea musa rudis; canimus quæ novimus odæ.

Sect. 6. pag. 10. Authoritate *Aristotelis* sui seculi Philosophorum principis repudiatâ, ab elementorum albo aureo, ignem excludit, putans se aliquid novi in medium proferre; verum spe frustratur, nam *Helmontius* & *Cardanus* pluribus retro annis, ignem excludebant, validioribus innixi rationibus, præsertim *Cardanus*, in libro de subtilitate rerum, tradens ignem esse motum particularum magis subtilium, hic vero contendit esse *mistum ardens*, obscurum equidem per obscurius, a viro famoso scire desideramus, quæ eruat hujus misti ardentis principia, non particulæ aeris, aquæ vel terræ, cum sint hæc elementa pura & dissimilis prorsus naturæ, nec videmus quomodo hæc mistum constituent, & nulla alia principia assignare possit author, nisi cum *Cartesio* dixerit, quod particulæ terrestres perniciſ-

fimè egitatæ, miſtum ardens conſtituent; etiam cor non diceret aquam eſſe miſtum frigefaciens: Illius duæ rationes ſunt, *ignis non nutrit, ergo non eſt elementum*, quaſi nutritio eſſet formalis ratio Elementi, à pari agnoſceret aerem purum, qui eſt corpus ſimplex non poſſe nutrire, ergo non eſt elementum. Altera ratio eſt, *ignis non habet locum, ergo non* eſt *elementum*. Ejus teſtimonium nobis manebit firmum, ſi demonſtrare poſſit, ubi ſit locus determinatus aeris puri, aquæ, vel terræ.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam viribus, &c.

Dum loquitur hic philoſophus in *Sect.* 15. de conſervatione rerum natu alium, ſtupendo effugio vacui, deſcenſu gravium, aſcenſu lævium, ſympathia & antipathia rerum, hæc omnia tantum ſolvit, dicendo *mirandam eſſe virtutem rerum naturalium, & ſtupendum magnetiſmum, & vim ſimilem attractricem, & retractricem in animalibus* (verba inſtar fulminis) ubi quæſumus ſunt fibræ rectæ, obliquæ & tranſverſæ; quis enimvero non pronunciabit has & ſimiles cauſas, ab authore non explicatas, eſſe tenebris conſociales, vel ad minimum qualitates occultas, & ſi lector non his fuerit ſatisfactus, aſcendit ad altiores cauſas, *viz.* influentias cœlorum, & providentiam divinam harum moderatricem: Hæc legimus & præterea nihil in arte Aſtrologicâ; verum juxta principia neotericorum explicare conabimur virtutem rerum per leges motus, ejuſque doctrinam; antipathiam & ſympathiam ex tractatu *Carteſiano* de numero ternario elementorum aſcenſum lævium, deſcenſum gravium per vim elaſticam aeris: ſtupendum vacui effugium per motum circularem: Ut ſœliciſſime hactenus demonſtravit *Claubergius*; nevè Authorem judicare velimus, hunc motum circularem eſſe Neotericorum figmentum; hunc enim inſinuat *Cardanus*, & doctiſſimus philoſophus peripateticus *Sylveſter Maurus* in ejus Phyſica generali, exemplo deſumpto ex motu piſcis in mari.

In Magnis voluiſſe ſat eſt.

Partes continui non diſtingui phyſicè & tamen phyſicè uniri: hanc unionem eſſe terminum actionis phyſicæ ſeu realis: eſſe tamen ipſam unionem duntaxat metaphyſicam ſeu rationis Sect. 22. *Ubi nihil eſſe diſtinctum à loco & re locatâ Sect.* 22. *motum tamen localem ad illud præciſe terminari. Sect.* 20. *Quod locus non ſit quid poſitivum & reale, non tamen eſt pura negatio, ſed negatio per modum privationis, verum tamen eſt terminus & fundamentum variarum habitudinum & denominationum realium.* Terminos eccè repugnantes & ipſo loco, intellectu difficiliores, prorſus ergo inepte dicit *eſſentiam quantitatis conſiſtere in extenſione impenetrabili, & tamen eandem quantitatem ſine ulla additione, nec diminutione, modo ad majorem, modo ad minorem locum terminari*; Ergo eadem materiæ particula, nunc erit magis extenſa, nunc minùs, & ſeipſâ major evadet. Annon quis plebeius diſcernat, quo majora ſint intervalla, inter partes materiæ, corpus eſt magis rarum, & his compreſſis evadet denſum. Hæc etenim veritas, millenis demonſtratur experimentis. Similia aſyſtata virum doctum poſuiſſe, iterum atq; iterum miramur.

Hic modus, hæc noſtro ſignabitur area curru.

Sect. 30. Statuit author animas brutorum creari, hancque unicam aſſignat ratio-

nem

nem, quod apud omnes in confesso sit, animas vilium animalium creari, quia producuntur sine semine; verum nihil tale reperire est apud pleroſque, & nos hoc in puncto erudire possint formicæ, animalia viliuscula, quæ ovis abundant; ex quibus oriuntur fœtus: deinde nulla urget ratio dicendi, animas brutorum creari, cum sint materiales, & juxta eorum hypotheses explicant peripatetici, quomodo brutorum animæ, generentur & producantur ex præexistente materia.

Quis fortem non defleat illum?

Sect. 32. Non multum interesse judicamus, animam distingui ab angelo per το rationale, vel quod sit substantia incompleta; si enim anima capitur comparativè est equidem talis, ut docet author, si verò absolutè est substantia completa, & per se subsistens: ut patet ex statu separationis. Si ratiocinatio confundatur cum imaginatione, prout anima operatur in statu conjunctionis cum corpore, nemo dubitare possit, quin *anima sit tota in toto corpore*, verum quomodo non sit totaliter; ut dicit author cum antiquis, intelligere non possumus: nam si ita sit in corpore, audiremus quo pacto sit unio totalis physica & realis, inter animam & corpus: cum ipsa non sit totaliter in qualibet parte. Nos autumamus, animam sedem suam in cerebro habere, nullâ tamen physicâ unione cum eo unitam: hanc unionem ponimus, in motus actione & passione.

Qui enim nihil agit, nihil esse videtur.

Sect. 37. Definitionem motus ab *Aristotele* assignatam magnoperè commendat. Cujus honos & auctoritas semper apud nos vigent: sed seriò ageremus cum viro docto, estne hæc definitio potius Metaphysica quam physica, eâdem ratione aliquis dicet, animam rationalem in statu separationis cum corpore unibilem, esse *actum entis in potentia, quatenus in potentia* est, annon magis clare & succinctè explicatur, quod sit translatio corporis de loco in locum; ibidem imaginatur *Cartesianos* longè à scopo aberrasse, negantes omnem motum præter localem, candidè petunt *Candidati*, estne motus proprietas solius corporis, & num quod libet ens possit propriè & physicè transferri de loco in locum, præter corpus. Ergo quæ nam erit species motus, quæ non sit localis? Dicet author *animam brutorum esse principium motus in Brutis, ergo dabitur species distincta à motu locali.* Reg. Num anima brutorum est res spiritualis an materialis, non dicit author esse rem spiritualem, ergo materialem; consequenter motus brutorum, sunt producti à re materiali, & in aliam terminati; ergo locales. Si ulterius contenderet, in alteratione augmentatione & diminutione, motum terminare ad quantitatem: nemo asserit quantitatem existere, objectivè & physicè ut distinctam à substantia materiali: & num motus localis sit perceptibilis ab una particula materiæ ad aliam; in omnibus hisce ad testimonium sensuum appellamus; Et hoc norunt rustici ex aqua vel lacte ebulliente, quod etiam sint species motus locales, ut sursum deorsum, &c. unanimiter fatentur *Cartesiani.*

Vix satis mirari possumus, quâ rationis umbrâ, Sect. 32. ita invehat: *Materia Cartesianorum est iners & incompleta à parte rei existens, nudata omniforma substantiali, & corpus completum essentialiter ex materia & modis*: ac quo prætextu rationis

Audax mortalium genus
Quid non invidia tentat

simè agitatæ, mistum ardens constituent; etiam cor non diceret aquam esse mistum frigefaciens: Illius duæ rationes sunt, *ignis non nutrit, ergo non est elementum*, quasi nutritio esset formalis ratio Elementi, à pari agnosceret aerem purum, qui est corpus simplex non posse nutrire, ergo non est elementum. Altera ratio est, *ignis non habet locum, ergo non est elementum*. Ejus testimonium nobis manebit firmum, si demonstrare possit, ubi sit locus determinatus aeris puri, aquæ, vel terræ.

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam viribus, &c.

Dum loquitur hic philosophus in *Sect.* 15. de conservatione rerum natu alium, stupendo effugio vacui, descensu gravium, ascensu læviu n, sympathia & antipathia rerum, hæc omnis tantum solvit, dicendo *mirandam esse virtutem rerum naturalium, & stupendum magnetismum, & vim similem attractricem, & retractricem in animalibus* (verba instar fulminis) ubi quæsumus sunt fibræ rectæ, obliquæ & transversæ; quis enimvero non pronunciabit has & similes causas, ab authore non explicatas, esse tenebris consociales, vel ad minimum qualitates occultas, & si lector non his fuerit satisfactus, ascendit ad altiores causas, *viz.* influentias cœlorum, & providentiam divinam harum moderatricem: Hæc legimus & præterea nihil in arte Astrologicâ; verum juxta principia neotericorum explicare conabimur virtutem rerum per leges motus, ejusquè doctrinam; antipathiam & sympathiam ex tractatu *Cartesiano* de numero ternario elementorum ascensum læviu m, descensum gravium per vim elasticam aeris: stupendum vacui effugium per motum circu'arem: Ut fœliciſſime hactenus demonstravit *Claubergius*; nevè Authorem judicare velimus, hunc motum circularem esse Neotericorum figmentum; hunc enim insinuat *Cardanus*, & doctissimus philosophus peripateticus *Sylvester Maurus* in ejus Physica generali, exemplo desumpto ex motu piscis in mari. *In Magnis voluisse sat est*

Partes continui non distingui physicè & tamen physicè uniri: hanc unionem esse terminum actionis physicæ seu realis: esse tamen ipsam unionem duntaxat metaphysicam seu rationis Sect. 22. *Ubi nihil esse distinctum à loco & re locatâ Sect.* 22. *motum tamen localem ad illud præcisè terminari. Sect.* 20. *Quod locus non sit quid positivum & reale, non tamen est pura negatio, sed negatio per modum privationis, verum tamen est terminus & fundamentum variarum habitudinum & denominationum realium.* Termino- eccè repugnantes & ipso loco, intellectu diffi iliores, prorsus ergo inepte dicit *essentiam quantitatis consistere in extensione impenetrabili, & tamen eandem quantitatem sine ulla additione, nec diminutione, modo ad majorem, modo ad minorem locum terminari*; Ergo eadem materiæ part cula, nunc erit magis extensa, nunc minùs, & seipsâ major evadet. Annon quis plebeius discernat, quo majora sint intervalla, inter partes materiæ, corpus est magis rarum, & his compressis evadet densum. Hæc etenim veritas, millenis demonstratur experimentis: Similis asystata virum doctum posuisse, iterum atq; iterum miramur.

Hic modus, hæc nostro signabitur area curru.

Sect. 30. Statuit author animas brutorum creari, hancquè unicam assignat rationem,

nem, quod apud omnes in confesso sit, animas vilium animalium creari, quia producuntur sine semine; verum nihil tale reperire est apud plerosque, & nos hoc in puncto erudire possint formicæ, animalia viliuscula, quæ ovis abundant; ex quibus oriuntur fœtus: deinde nulla urget ratio dicendi, animas brutorum creari, cum sint materiales, & juxta eorum hypotheses explicant peripatetici, quomodo brutorum animæ generentur & producantur ex præexistente materia.

Quis fortem non defleat illum?

Sect. 32. Non multum interesse judicamus, animam distingui ab angelo per se rationale, vel quod sit substantia incompleta; si enim anima capiatur comparativè est equidem talis, ut docet author, si verò absolutè est substantia completa, & per se subsistens: ut patet ex statu separationis. Si ratiocinatio confundatur cum imaginatione. prout anima operatur in statu conjunctionis cum corpore, nemo dubitare possit, quin *anima sit tota in toto corpore*, verum quomodo non sit totaliter, ut dicit author cum antiquis, intelligere non possumus: nam si ita sit in corpore, audiremus quo pacto sit unio totalis physica & realis, inter animam & corpus: cum ipsa non sit totaliter in qualibet parte. Nos autumamus, animam sedem suam in cerebro habere, nullâ tamen physicâ unione cum eo unitam: hanc unionem ponimus, in motus actione & passione.

Qui enim nihil agit, nihil esse videtur.

Sect. 37. Definitionem motus ab *Aristotele* assignatam magnoperè commendat. Cujus honos & autoritas semper apud nos vigent: sed serio ageremus cum viro docto, estne hæc definitio potius Metaphysica quam physica, eâdem ratione aliquis dicet, animam rationalem in statu separationis cum corpore unibilem, esse *actum entis in potentia, quatenus in potentia* est, annon magis clare & succinctè explicatur, quod sit translatio corporis de loco in locum; ibidem imaginatur *Cartesianos* longè à scopo aberrasse, negantes omnem motum præter localem, candidè petunt *Candidati*, estne motus proprietas solius corporis, & num quod libet ens possit propriè & physicè transferri de loco in locum, præter corpus. Ergo quæ nam erit species motus, quæ non sit localis? Dicet author *animam brutorum esse principium motus in Brutis, ergo dabitur species distincta à motu locali.* Reg. Num anima brutorum est res spiritualis an materialis, non dicit author esse rem spiritualem, ergo materialem; consequenter motus brutorum, sunt producti à re materiali, & in aliam terminati; ergo locales. Si ulterius contenderet, in alteratione augmentatione & diminutione, motum terminare ad quantitatem: nemo asserit quantitatem existere, objectivè & physicè ut distinctam à substantia materiali: & num motus localis sit perceptibilis ab una particula materiæ ad aliam; in omnibus hisce ad testimonium sensuum appellamus; Et hoc norunt rustici ex aqua vel lacte ebulliente, quod etiam sint species motus localis, ut sursum deorsum, &c. unanimiter fatentur *Cartesiani.*

Vix satis mirari possumus, quâ rationis umbrâ, Sect. 32. ita invehat: *Materia* Cartesianorum *est iners & incompleta à parte rei existens, nudata omniforma substantiali, & corpus completum essentialiter ex materia & modis*: ac quo prætextu ra-

Audax mortalium genus
Quid non invidia tentat

tionis aut religionis, *Carteſium* titulo Agyrtæ honorat: vix enim hoc in puncto, differt *Carteſius* ab *Ariſtotele*, ſecundum quem, materia prima eſt nudata omni formâ ſubſtantiali: docet itaque nobilis *Gallus* materiam univerſè conſideratam ut abſtractam ab omnibus modis, dici primam, & eſſe ſubſtantiam impenetrabiliter extenſam, in longum, latum, & profundum: materiam vero ſecundam, eſſe ens determinatum, & corpus magnitudine, ſitu, motu, figurâ & quiete affectum. Sed quorſum ita cum *Carteſio* contendit? Sect. 35. dicit *elementa, nec eſſe quid, nec quanta, nec aliquid quo ens determinatur*: num hæc ſit ſatis iners & incompleta videat vir doctus! præ reverentia ſacri ordinis, non dicemus Agyrtam; & quod dicat materiam *Carteſii* nudatam, omni forma ſubſtantiali, mirum profectò; annon ipſe hanc rejiceret in omnibus miſtis? ſtabiliens miſcibilium alteratorum unionem; ſed hujus formæ exiſtentiæ, nulla ab authore adfertur ratio: velit ad ejus aſſertiones noſtrum aſſenſum modo cæco rapi. Verum præcindendo ab omni probatione, interrogare licebit, an per miſcibilium unionem, intelligit omnes partiales uniones particularum elementarium in miſto, vel unam quandam unionem; quæ dici poteſt phyſica: non prius, alioquin miſtum non erit unum per ſe, ſed per accidens: ſi ſecundum, per unionem phyſicam, vel intelligit unitatem conformationis, aut organizationis, ſi hanc vel illam, aut ſymmetriam partium intellexerit, tum magnitudo, figura, ſitus, cæteriquè modi hanc unionem conſtituent; conformatio enim partium, nil aliud eſt, quam juſta figura: ulterius quodnam principium hujus unionis? vel ipſa elementa, vel unio, vel ipſum miſtum: non elementa, quia *Sect. 35. nec ſunt quid, nec quanta*, &c. deinde non ſunt activa, ſed paſſiva: non unio, quia idem non poteſt dare ſibi ipſi primum eſſe. Non miſtum, quia hoc eſt unione ſaltem ratione poſterius: Videtur ergo ſententia Carteſii ſenſu & ratione clarior, nam poſitis particulis materiæ, in tali motu, ſitu, & figura ſtatim reſultat temperies; proinde hanc miſcibilium unionem, ut nec in ſenſum, nec in rationem cadentem, meritò rejicimus. Unicum experimentum inſtar omnium proferemus: infundatur oleum vel ſpiritus abſynthii in vino, nulla unquam reſultabit miſtio (ut notum eſt omnibus) cujus ſola ratio provenit, ex figura particularum olei, quæ ſunt ramoſæ, & velociſſimè agitatæ, in ſuperficie fluitant; verum capiatur ſaccarum, cujus particulis craſſis iſti poſſit motus, ſtatim reſultabit miſtio olei cum vino. Deinde ad oculum patet quo major ſit motus tardior erit unio, & quo minor ſit, ſtatim producetur: ſi quæ voluerit author miſcere aquam ſolani cum aqua communi, & immediatam percipiet partium unionem: ſi vero in aquam communem infundat aquam ſaniculi, tardior erit unio & difficilior: hanc veritatem millenis experimentis et menſtruis chimicis oſtendere poſſumus, quæ omnia evincent unionem conſummatam miſcibilium dependere à majore vel minore motu particularum, earumq; figura vel quiete: miſcibilium etiam unio æquè obſcura eſt ac miſtio.

Manibus ſemper adeſt aranea.

Cum hic author in pluribus *Ariſtoteli* contradixerit, per integram ideam *Sect.* 35 præ endit *ejus ideam facilè conciliari poſſe cum principiis Ariſtotelicis* ſed quibu

rationi

rationibus firmum iniit fœdus, consulat lector; earum scrutinio nunc non vacat. *Sect.* 37. & ultimâ dicit *Cartesium sententiæ atomistarum favere*, sciunt tamen omnes qui legerunt mentemque Cartesii intellexerunt, eum huic opinioni semper adversatum fuisse, alioquin sibi ipsi non esset consentaneus, in doctrina de divisibilitate materiæ, nec ita fœlix fuisset Mathematicus.

Convitia non prosunt.

Ultimo loco regressum faceremus ad ipsum titulum, dicit enim *hanc ideam, esse practicæ physicæ, & experimentis Chimicis aptiorem* quomodo enim hoc dixerit, mirari possunt omnes chimici, & Philosophi naturales; cum in integro hoc tractatu, mentionem non fecerit unius termini chimici, & chimiæ diversa sunt principia. Legat enim author *Scroderum*, *Guelferum*, vel alium chimicum, num juxta ejus principia unica operatio demonstretur; & nobilissimum *Boylum* testaremur ac Doctorem *Mayou*, insignem Chimicum & *Cartesianum*, an plus chimia debeat his principiis, quam *Cartesianis*; præsertim in fabricandis artefactis vitreis, à quorum figura & situ effectus chimici plurimum dependent; quantum etiam incrementi accipere possit Physiologia naturalis ex his principiis, ejus fi'iis judicandum relinquimus. Omissis omnibus experimentis, an ea quæ demonstrantur, beneficio tuborum, speculorum, aliorumque instrumentorum vitreorum, clarius ostendi possunt ex occultâ hâc unione miscibilium, quam figura et reliquis modis? quod vero vitrum sit corpus mistum ipse author non ambigit.

Esto dux, ô, si quæ via est, dirige——

In anatomen. Argumentum *Cartesii* quo probat Deum existere, ex eo quod necessaria existentia in ipsius idea includatur, suo loco stabit, suoquè inserviet usui, frendeat licèat tanti operis Author, & in omne vertat latus ut illud subruat. Cum enim philosophus, meditatione tertia Dei existentiam, Demonstratione *ôti* ab effectibus, extra omnem dubitationis aleam positis, colligeret; dubiis omnibus impræsentiarum se positis, atquè ex ejus veracitate, unicam hanc verum à falso discernendi regulam stabiliverit *quod quicquid clarè ac distinctè percipio illud est verum* meditatione quartâ. Hac methodo convenientissimâ, meditat. 5. hujus regulæ beneficio, ipsius existentiam ex ejus essentia seu conceptu essentiali ulterius confirmat, demonstratione, ut vocant *Anoti*: Non ergo contra atheos illic disputat, hoc est, homines præjudiciis adhuc laborantes, iisdemq; indulgentes, prout hujus operis author, sine ullâ ratione supponit, nisi ut materiam cavillandi sibi struat, sed eorum animos, qui præjudiciis abjectis, Dei existentiam ex objectivâ ejusdem perfectione ipsorumque hujus ideâ signatorum imperfectione satis jam antea perspectam habent, stabilire contendit. Sophisma cujus mentionem facit à Sancto *Thoma* propositum, cui simile vult argumentum *Cartesii* brevi recitabimus, quod sic se habet. *Illa dicuntur esse per se nota, quæ statim cognitis terminis, cognoscuntur, sed intellecto, quid significet hoc nomen Deus, statim habetur quod Deus est. Ergo Deum esse est per se notum*; ad hoc argumentum respondeti potest, primo negando majorem, nam ad demonstrationem, non tantum requiritur præcognitio quid nominis, sed quid rei: Ergo intellecto quid sit terminus, non rem intelligimus nam intelligere possumus, quid sit hic ter-

terminus *Hirco-cervus*; nullam intelligendo rem. Secundo loco potest negari ens nor, nam licet quis intellexerit hoc nomen Deus, non statim habetur conceptus rei rus Dei existentis, nam ut respondet Sanctus *Thomas quidam crediderunt Deum esse corpus*: ulterius respondet *Thomas*; *nec potest argui quid sit in re nisi daretur quod sit in re aliquid, quo majus cogitari non potest* neve latum unguem *Cart.* ab e discessit in quantum in Idea Dei includitur conceptus objectivus essentiæ & ex sistentiæ necessariæ. Eodem articulo dicit *cognitionem Dei esse nobis universaliter insertam*: Sed videat lector in articulo secundo tertiam viam deumptam a probandam Dei existentiam ex necessario & possibili, quam comparat cum argumento *Cartesii*, & quo jure ab authore *Cartesius* reputetur *Vanini* socius æqui judicet animo: Sed unicum telum ex propria non vibrat pharetra, præ ei co vitia, se ipsum statuens cogitationum *Cartesii* judicem.

Ne judices; ne judiceris. Impugnat nugis armatus.

Articulo secundo anatomes, quindecim futiles rationes contra illud clarissi mum principium adducit; *quod clarè & distinctè percipio illud est verum*: S enim mens hominis formet claram ac distinctam ideam rei, hæc erit procul om dubio ejus naturæ conformis, & quod sit consequenter vera, nemo cum ratione ambigere potest: brevitatis Ergo, unicam proferam rationem, quæ sit omnibus Lesbia regula; inquantum clarè ac distinctè percipimus objecta sensuum esse qualitates reales, *ergo* tales dantur, ita verum non supponit; nam nullæ qualitates sunt sensuum objectum, solæ substantiæ materiales modificatæ sunt horum objectum: sed factâ suppositione, quod tales essent à nobis clarè ac distinctè perceptæ, ut sensuum objectum: quis solidæ scientiæ habens scintillam, non inferet, Ergo dantur qualitates reales.

Non omnibus contingit adire Corinthum.

Quam injuriam famæ & candori nobilis *Cartesii* inferre excogitat vix silentio transire possumus, sed revera ipsi majorem vim infert in instituendo, istam pulchram & verè fabulosam comparationem, inter principia & demonstrationes physicæ *Cartesianæ* ac naturam & operationes animalis *Albebut*; ut legere est Anatomes articulo secundo, ingenuè nobis apparet vir doctus in hac comparatione, ectasi quàdam correptus, quapropter hanc partem refutatione prorsus indiguam judicamus; Utcunque ab erudito viro interrogare liceat, quis hujus animalis fabulosi erat author; quoqui è seculo florebat, & num aliquis nomine philosophus, unquam ex ejus principiis naturæ phænomina solvere agressus fuerit? An enim tanti operis author minin â saculâ rationis judicat omnes *Cartesi* asseclas in *Britania* & ubiqué terrarum, viros clarissimos, (ipso Domino no multum inferiores ni fallamur) *asellos & tenebriones*, *fabulis ut princi piis certis innixos*: Dominum animitùs cupimus, ut tantâ cum ratione, pha nomena solvat Naturæ, ex systole & diastole, crepitu aut urina, vel fermenta one ventriculi *Albebut* ut *Cartesius* ejusq; sequaces: hujus operis successum i calendas Græcas expectabimus: hoc *ens rationis* cum Machometis vacca ad inco las Lunæ transmittemus. Author legat *Claubergium*, *Rauhaultum*, *Legrand*, alio

lios recentiores, qui evidentissimas ex his principiis eruunt conclusiones, & si voluerit consulat *Regium*, & si omnibus testimonium non adhibuerit, experietur in aliquo animali Mercurium aut Spiritum Nitri quorum effectos repentinos videbit, & si causas non possumus explicare, quibus omnibus satisfactum erit, luto hærebimus. Quantum hactenus *Regiæ* societatis & *Anglicæ* & *Gallicæ* philosophi in quotidianis observationibus & experimentis prestiterunt conspiciat, eorumque ex principiis *Cartesianis* demonstrationibus respondeat vir doctus, modo potuerit.

Egregiumfacinus fama perennis erit.

Art. 6. Horesco (inquit) author, dum nominat methodum *Cartesianam*, per dubitationem ob scientias acquirendas, sed horroris nulla necessitas vel causa, nisi præjudicio oriunda sit, vel ignorantia: nunquam enim putavit *Cartesius* semper dubitandum esse de omnibus, nam in Physica generali tatetur nonnullas notiones æternæ veritatis: tantum dubitandum esse docet *Cartesius* donec removeamus omnia præjudicia scientiarum obstacula: quibus remotis, in nobis firmissimè, generentur demonstrationes: nec plus insinuat quam Sanctus *Thomas* disputans de Deo dicit primò *an Deus sit, deinde an sit veritas per se nota quod Deus est*, & objectiones adversariorum diluit, suamq; ponit assertionem, quam validis confirmat rationibus, in memoriam revocet Author!

Qui dubitat, qui sæpè rogat, &c.

Cum copiosè contrà *Cartesium* disseruisset magni operis auctor, Saducæismi veratum adjicere auctuarium vellet: dicet enim *Cartesium Meditat.* 2. asserere animam esse substantiam cogitantem, non vero ostendit esse spiritualem; & quorsum? Hoc ipso quod anima, nullum includit principium corruptivum, est ab intrinseco spiritualis, immortalis & æterna.

Hei mihi cur nunquam didici tentare finistram.

Quandoquidem rationes quibus refutare conatur illud principium *Cogito ergo sum* sunt laminarum aeris instar, in iis refutandis non insistemus, quam enim perplexè & abstruse disputat de cogitatione ut distincta ab ego Cogito quasi ego cogito non esset cogitatio, verùm dicit *Cartesius* quod ante hanc propositionem scire oportet quid sit cogitatio, certitudo & existentiæ, & quam argute & subtiliter distinguit inter cogitationem ut actum directum & reflexum, quid enim obest, quod cogitatio non sit actus directus & virtualiter reflexus; nec methodus arguendi sub disjunctione est semper tuta & clara, ut eleganter ostendit Scolasticus *Verkennes*; nam dum arguit vir doctus, *an cogitatio sit actus directus, an reflexus*, necessum est quod cogitet, ergo Cogitatio indicat existentiam subjecti, & quicquid objiciat de aliis actibus sive externis sive internis, ne vel hilum proficit contra *Cartesium*, qui cogitationis nomine omnes hos actus exprimit, & intelligi vult: & quam pulchrè dicit, *puto me cogitare, cum non cogitem* repugnantiam in terminis! annon ego puto est idem ac ego cogito? lepidè subjungit *forte somniasti te hoc & illud cogitasse*, an octavus sapientum dubitare potest, somnium esse cogitationem? demum addit *forte non tu, sed malus genius in te*, ergo infere-

mus

mus non hujus Philosophiæ ideæ, & medullæ atheismi antidoti & scepticismi auctor fuit homo doctus, sed forte malus genius in homine docto, & si genius sit, cogitatio semper de notat infallibilem existentiam subjecti; per hoc enim principium *Cartesius* nunquam intendebat, se esse hominem, sed quod certior erat per cogitationem de natura animæ, quam corporis & quod cogitatio ejus veritatem clare monstrabat.

Egregiam vero laudem.

Quod Cartesium atheismi saducæismi, & scepticismi arguit reum, non invictis rationibus ostendit, sed insanibus verbis, & occultis suspicionum machinis, quodque adeo miseras, sed injustas fundit querelas *de ignavia hujus ævi, deque scholis nostris* (procul omni dubio Britaniæ Academias intelligit) *titubantibus, nusquam pedem figentibus, nec in campo philosophico nec theologico*; ipsius verba sunt anatom. *Artic.* 56. circa medium. Hominum genus invidiosa & nimis ambitiosa indole redolet, calumniare audacter, semper aliquid adhærebit. Convitiis quæ in clarissimum Gallum scurriliter jactat, nos obligatos respondere aliter non censemus, quam eadem in ipsum retorquendo, nisi sanctitas & dignitas ordinis nobis interdixerint, quod nempe sit *sciolus, nugator, impudentissimus, omnium hominum imperitissimus, omnis candoris expers ad scholas iterum revocandus, ut termini melius addiscat; verberibus ad sobrietatem mentis adigendus*: solam magiæ suspicionem non injiceremus, à qua tantum abest ut totam matheſin propterea aspernatur, se ejus expertem non tantum gloriatur, sed ipsisque mathematicis demonstrationibus Thrasonicè bellum indicat; ne sutor ultrà crepidam.

Pulcher ab accinctis redivivus Apollo caballis
Pulcher & effœtis cum juga laxat equis.

EDINBURGI,
Excudebant *Georgius Swintoun*, & *Jacobus Glen*: M. DC. LXXVI.